



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Svffragia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

## STATVTVM.

**S**taturum, supra, Constitutio. §. 7.  
 in ver. lex. per totum. Exequiis. §. 1.  
 An statuere supra mortuatis sit contra libertatem ecclesiæ, Exequiis. §. 1.  
 Quomodo sunt excommunicati, Excommunicatio. §. 1.

## STRYGIÆ.

**S**trygiæ, seu lamiz dicuntur personæ quædam, quæ in nocte maxime exercent se in maleficijs. Hæc aliquando credunt se portari ad ludos quosdam, & deluduntur in somnijs. c. Episcopi. 26. q. 5. aliquando realiter portantur, vt expertum est: aliquando per se vadunt, nec hoc est contra dictum c. Episcopi. Nam illa secta, de qua loquitur d. c. Episcopi. est alia ab hac, quæ modo dicitur secta strygiarum, licet in aliquibus cum illa cõueniat, in aliquibus disconueniat. Nec est verum, quod mutantur in feles, vel alia animalia (vt dicitur) quamuis virtute dæmonis hoc possit videri per artem præstigiij, vel circumponendo figuram, & hæc sæpè fiunt. Hæc secta non est propriè heretica, & expressè, sed præsumptiuè: quoniam diabolo, quem inimicum Dei credit, diuinum honorem exhibet, abnegat fidem & baptismum, contemnit sacramenta, & crucem, homines percutit morte & ægritudine per fascinationem, & per actiua naturalia edocita à diabolo, & per virtutem ipsius dæmonis assistentis, & cooperantis propria virtute, vt in refectione portarum, & multorum aliorum. Si quis autem bene inspiciat illud capit. Episcopi intelligit, quod inquisitores non agunt contra illud, dum officium contra hæc exequuntur.

## STUPRVM.

**S**tuprum, per quod mulier virgo extra matrimonium defloratur, mortale peccatum est, constituens propriam speciem, ex eo, quod auferitur virginal signaculum paternæ custodiæ commissum. Si autem alio modo perdat virginitatem, vt per voluntariã pollutionem ex se, non erit stuprum, sed mollities. In masculo autem ad-

huc virgine cõiunte cum meretricæ, vel alia, non erit stuprum, quia non ita sub custodia patris est, quò ad hoc, nec fit minus nubilis amissa virginitate, sicut femina. Thom. secunda secundæ. q. 154. a. 6. Ad quid teneatur qui stuprauit virginem, supra, Restitutio. §. 22.

## SVFFRAGIA.

**S**VFFRAGIA pro mortuis fieri inceperunt ab Apostolis. Tho. 4. sent. dist. 45. q. 2. a. 1. q. 1. & Aug. lib. de cura pro mortuis habenda. & Damas. in ser. de suffrag. mortuorum. & Dionys. c. vlt. de cz. hierar. Ideò credendum est suffragia viuorum defunctis posse prodesse, & credo quod qui peccatitaciter non crederet, esset hereticus: quia videtur repugnare scripturæ Marc. lib. 2. c. 12. qui liber est in canone ecclesiæ: vt patet per Aug. libr. 18. de ci. Dei, & per concilium Carthaginem. licet apud Iudæos non sit Canonicus: vt dicit Hieron. in prologo galeato: & pro hac hæresi fuerunt Græci condemnati in concilio Florentino. supra, Purgatorium, per totum, Indulgentia. §. 19. Non est igitur negandum suffragia pro mortuis fieri esse vtile.

**Q**VI in suo testamento ordinauit aliqua bona fieri pro anima sua, post mortem præmium talium bonorum, seu suffragiorum consequitur, etiam an requam hât ab executoribus, quantum est ex opere operante principalis agentis, siue testatoris, sed quantum ad efficaciam suffragiorum, quæ est ex opere operato, vel ex opere operante exequantis, non consequitur fructum antequam fiant, & hoc modo tarditas executorum nocet defunctis, quò ad penam purgatorij, quæ est temporalis: secundum Tho. supra, ad quartum. Non possunt tamen defuncti defraudari quò ad æternam retributionem, nisi per propriam culpam. supra, Executor, §. 16. & ibi quomodo grauiter peccant tales defraudantes, tanquam egentium necatores.

**S**VFFRAGIA facta pro mortuis, non tantum profunt illis, sed etiam scienti-

entibus, in quantum procedit ex radice charitatis, qua faciens suffragium meretur vitam eternam sibi. Quomodo vnus pro alio satisfacere potest, supra, indulgentia, §. 19.

**SVFRAGIA** à peccatore facta pro sunt mortuis, quantum ad ipsum opus operatum, id est, quantum ad efficaciam, quam habent ex se, & quantum operans operatur in persona ecclesie, vel vt alterius instrumentum: & inter suffragia pro mortuis magis proficit missa, nihil de conse. dist. 2. & Tho. 4. sent. supra, & Pet. de pal. Secundò, eleemosyna. Tertio, oratio. Quarto, ieiunium. c. animarum defunctorum. 13. questio. 2. Quomodo eleemosyna sit magis satisfactoria, supra, Eleemosyna §. 13.

**QVI** multos recipit ad participationem suorum honorum, licet mereatur, quia ex charitate hoc facit, tamen quò ad expirationem pœnæ, sunt ibi minus utilia sua bona de rigore iustitiæ, sed fortè Deus ex sua misericordia facit, quod etiam pro se satisfaciunt, hoc autem incertum est.

**DI** cere missam de mortuis, vel de aliquo sancto pro mortuis, nõ multum refert, sed bene deuotiorogantis, & offerentis: ideo consulerem eis, qui volunt facere dici missas, vt dicerent sacerdoti: pater dicatis illam, ad quam maiorem habetis deuotionem, vel talem, ad quam ego habeo deuotionem: & valet quo ad liberationem à pœna, ei tantum, pro quo fit: secundum Pet. de pal. supra, Missa, §. 32.

**SVBDIACONVS.**

Vbdiaconus, supr. Ordo. §. 2. Etas, §. primo.

**SVBSANNATIO.**

Vbsannatio, supra, Desilio per totum.

**SVBSTITVTIO.**

Vbstitutio, & successio, quia ad ius ciuile magis pertinent, dimitteur. Vide, si vis, Silu. verb. hereditas. Tab. ver. substitutio, & successio.

**SVPERBIA.**

**SV**perbia, secundum quod nominat inordinatum appetitum pro-

prie excellentie, peccatum speciale est: de quo Tho. secunda secundæ. q. 162. a. 1. & 2. & quia superbus extollit se supra id, quod est prefixum secundum Dei regulam, ideo ex suo genere peccatum mortale est: veniale autem ex imperfectione actus, & est grauissimum quia superbus diuinæ regulæ subijci non vult. Contingit autem peccare in hoc quatuor modis distinctis specie. Primo, cum quis bonum à semetipso habere existimat, & non à Deo. Secundò, cum existimat à Deo datum, sed ex proprijs meritis. Tertio, cum se iactat habere quod non habet. Quarto, cum despectis cæteris appetit videri habere quod habet. Quando talis appetitus est secundum rationem deliberatam, mortale est in omnibus speciebus: scæus quando secundum primos motus, vt quando homo laudat se, non tamè propter hoc vult non subijci diuinæ regulæ. Non enim est hic actus perfectus circa appetitum inordinatum propriæ excellentiæ.

**CVM** quis ita Deo ingratum se exhibet, ac si nõ accepisset omnia à Deo, est in prima specie superbiæ. Cum quis conqueritur de Deo, quod non exaudiat eum, vel det aliqua bona, est in secunda specie. Cum quis existimat se sanctum, liberalem, & huiusmodi, & non est, in tertia specie reperitur.

Cum quis negligit operari, appetere spiritualia, & pro peccatis proprijs satisfacere, est in quarta specie. Contra vero proximum peccatur, si quis proximo crudelis existit, incompatiens, intolerans, iniurians, impatiens, aggreferens se despici, indignans, & huiusmodi. Hæc enim sunt signa, quod homo plus de se ipso sentit, quam de alijs: quia existimat se non debere participem esse pœnarum ipsorum. Et hoc quidem peccatum multum vitam spirituales impedit, multumque periculosum est: quia difficiliter eradicitur, cum sit spirituale peccatum. Est etiam peccatum generale, cum influentiam quandam in omnia habeat peccata, & ita caput omnium vitiorum rectè dicitur.